



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

57. Exponi Nobis nuper &c. Confirmatio Capituli Generalis celebrati in
Provincia Aragoniæ à Fratribus non excommunicatis propter recusationem
Visitationis ejusdem Provinciæ Ordinis Fratrum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

rii, & Procuratoris Generalis votis, hac in re, quantum cum Domini possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuscvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, facultatem impertiendi Absolutionem, & Benedictionem generalem hujusmodi pro memorato die Festo Sanctæ Catharinæ virginis, & martyris Ordini præfato concessam, ut præfertur, in feriam quintam in Cœna Domini Apostolica auctoritate tenore præsentium, servatâ tamen in reliquis præinsertâ litterarum formâ, & dispositione, perpetuò transferimus, & transportamus.

Derogatio

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsumptorum fides

§. 4. Volumus autem, ut ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die 28. Januarii 1695. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. 28.
Jan. 1694.
P. A. 5.

J. F. Card. Albanus.

LVII.

Confirmatio Capituli Generalis celebrati in Provincia Aragoniæ à Fratribus non excommunicatis propter reculationem Visitationis ejusdem Provinciæ Ordinis Fratrum Discalceatorum S. Augustini.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Mandatum Innocentii XI. ad Palutium Ordinis in rubr. memorati Protectorem.

§. 1. **E**Xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Definitorio Generalis Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini, quod cum aliàs Venerabili Fratri Nostro Palutio Episcopo Prænestino S. R. E. Cardinali de Alteriis nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, à fel. rec. Innocentio Papæ XI. Prædecessore Nostro mandatum fuisset, ut aliquem deputaret, qui dictam Congregationem, quod multi abusus, & corruptelæ in eam ab illius Superioribus contrâ observantiam regularem invecti, & ab ejus subditis recepti abolerentur, visitaret.

Novus à Palutio pro eadem Provincia Visitator deputatus.

§. 2. Verùm à tribus, uno videlicet post alium in Visitatores deputatis, visitatio prædicta ob validum dictorum Superiorum, qui magis, quam subditi Visitationi hujusmodi semper resisterant, obstaculum fieri nequiverat, ideòque re postmodum Nobis relata, quoque eidem Palutio Episcopo Cardinali, & Protectori oretenus mandavimus, ut alium Visitatorem deputaret, etiam cum titulo Provicarii Generalis, qui plenam Vicarii Generalis auctoritatem, quoad usque visitatio hujusmodi perficeretur, haberet, ipse Palutius Episcopus Cardinalis, & Protector deputavit in Visitatorem hujusmodi Dilectum filium Simonem à S. Augustino fratrem expressè professum ejusdem Congregationis, qui uti talis ab ipsa tota Congregatione, ac præcipuè à Definitorio Provinciali Provinciæ Aragoniæ ejusdem Congregationis receptus, & recognitus fuit.

Et in pos-

§. 3. Porro cum subindè dictus Palutius Epi-

scopus Cardinalis, & Protector, eò quia visitatio dictæ Provinciæ Aragoniæ à Visitatore Antecessore facta non omni ex parte perfecta fuerat, mandasset, ut Provincia hujusmodi denuò à dicto Simone novo Visitatore, & Provicario Generale visitaretur, Fratres ejusdem Provinciæ, tametsi illum antea in Superiorem, sicut præmittitur recepissent, & recognovissent, nihilominus huic secundæ visitationi ab eo, ut præfertur, faciendæ resisterunt, quapropter dictus Simon Visitator, & Provicarius Generalis Venerabilem Fratrem Federicum Archiepiscopum Mediolanensem Nostrum, dictæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncium adiit, qui illius iuribus auditis, & perpenfis, manutentionem in possessione sui Officii Visitationis, & Provicarii Generalis ei concessit.

§. 4. Ac cum ne id quidem sufficeret, ac contra dictorum pertinacia adhuc perduraret, idem Simon Visitator, & Provicarius Generalis coactus fuit declarare excommunicatos sex Religiosos ejusmodi Rebellionis principes, nempe Provinciales, quatuor Definidores, ac Novitiorum Magistrum, qui non ideò tamen se contra opponere destiterunt, sed ad Justitiam secularem Regni Aragoniæ confugerunt.

§. 5. Post hæc verò cum tempus celebrandi Capitulum Provinciale ipsius Provinciæ Aragoniæ advenisset, dictusque Simon Visitator, & Provicarius Generalis accepisset, supradictos sex Fratres sic excommunicatos, & quemdam alium Fratrem à memorato Federico Archiepiscopo, & Nuncio prius similiter excommunicatum cogere intendere Capitulum hujusmodi pro electione novi Provincialis, eis viâ Juris, ne ad Capituli celebrationem, & Provincialis electionem hujusmodi ullatenus devenirent, eo quia nimirum excommunicati essent, ac proinde voce activa, & passiva carerent, inhibuit protestatione adjecta super nullitate Capituli hujusmodi, & omnium, quæ in eo fieri contigisset. Quod cum Fratribus sanis, ac minimè excommunicatis dictæ Provinciæ innotuisset, ipsi Capitulo hujusmodi abfceserunt, aliudque Capitulum Fratrum capitium, sanorum, & habilium convocarunt, Et sic in Provinciale, hi quidem sani dilectum pariter Filium Josephum à Jesu Maria ejusdem Congregationis Professore legitime; alii verò excommunicati, censuris, & protestatione prædictis penitus contemptis, Josephum Antonium à Spiritu Sancto dictæ Congregationis similiter Professore tunc excommunicatum respectivè elegerunt.

§. 6. Cæterum eodem tempore dicti Fratres excommunicati, & nonnulli alii illis adherentes quasdam Nostras in simili forma Brevis litteras, quibus memoratum Simonem, qui dictæ Congregationis jam Visitator auctoritate Apostolica Deputatus, & Provicarius Generalis fuerat, Vicarium Generalem ejusdem Congregationis, quod reformatio ab eo in ipsam Congregationem introducta stabiliretur, & firmaretur, ac corruptela, & abusus penitus tollerentur, constitueramus, & deputaveramus, subreptionis, seu obreptionis vitio laborare prætendentes, litem desuper coram Congregatione Vener. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum intentarunt.

§. 7. Verùm die 11. Aprilis anni proximè præteriti ab eadem Congregatione Cardinalium, utraque parte informante, emanavit rescriptum; non constare de subreptione, sed Breve esse servandum cumque nihilominus Pars quæ succubuit, acquiescere nollet, ac instantiam renovasset ab ipsa Cardinalium Congregatione die 23. ejusdem mensis Aprilis rescriptum fuit his verbis: Satis provisum per Sacram Congregationem sub die 11. currentis.

§. 8. Postmodum verò Capitulo Generali dictæ Congregationis Fratrum Discalceatorum celebrato, litteræ Nostræ supradictæ, quibus di-

fessione Officii sui Visitationis ab Apostolico Nuncio confirmatus.

Sex Religiosorum excommunicatio, eorumque ad justitiam secularem recursus.

Duo Provinciales à Fratribus sanis pariter ac Excommunicatis in Capitulis utrinque celebratis electi.

Lis de subreptionis vitio litterarum quarundam S. S. in forma Brevis coram S. R. E. Cardinalium Congregatione agitata.

Congregationis præfate rescripta.

Excommunicatorum Capitulum nullum declaratum.

ctum

atum Simonem Vicarium Generalem Congregationis huiusmodi, sicut praeimitur, constitueramus, in eo lecta, ac unanimi consensu, ut parerat recepta fuerunt, dubioque ibidem proposito quodnam ex dictis duobus Capitulis Provincialibus memoratae Provinciae Aragoniae validum & confirmandum esset, declaratum fuit Capitulum ab excommunicatis celebratum nullum, & invalidum fuisse, è contra verò Capitulum ab aliis celebratum validum, & legitimum, illudque proinde non modo ab eodem Capitulo Generali, sed etiam à supradicto Federico Archiepiscopo, & Nuncio confirmatum fuit, injunctumque toti Provinciae praefatae sub poena excommunicationis per contrascentes incurrenda, ut Provincialem à non excommunicatis electum reciperent, & recognoscerent, eique, nequaquam vero alteri à ceteris electo obedirent.

Confirmat
ut in rubr.

§. 9. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Fratres excommunicati, alique eis adhaerentes praedicti in sua Rebellionem, & pertinaciam cum suo Provinciali adhuc perseverent, adeò ut duo Provinciales in dicta Provincia Aragoniae habeantur, ac exinde graves in ea perturbationes, & inquietudines cum magna non solum eorum, qui in ipsa Congregatione Fratrum Discalceatorum, sed etiam aliorum, qui extra eam sunt, offensione exortae sint. Nobis propterea dicti exponentes, ut dissensionibus, quibus dicta Provincia Aragoniae agitur, finis imponatur, humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eorumdem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes & eorum singulares personas à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus incliti, de memoratorum Cardinalium, qui Patribus informantibus supradictum Capitulum Generale confirmandum & pro illius sanatione ad cautelam Nobis supplicandum esse censuerunt, consilio, Capitulum Generale praedictum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, eique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac illud quatenus opus sit, ad cautelam sanamus, & convalidamus, ac omnes & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint supplemus, salva tamen semper in praemissis auctoritate dictae Congregationis Cardinalium.

Decretum
roborans
& irritans.

§. 10. Decernentes easdem praesentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Derogatio
contra-
ctis.

§. 11. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis & Congregationis Fratrum Discalceatorum, & Provinciae praefatarum, aliisque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum,

hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Aprilis 1695. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

J. F. Card. ALBANUS.

Loco + Signilli.

Erectio nonnullorum Conventuum Provinciarum Lombardiae, & Romanae Ordinis Fratrum Praedicatorum in duas novas Congregationes, sub Sanctae Sabinae utriusque Lombardiae, ac Sancti Marci Romanae respectivè Provinciarum huiusmodi titulis nuncupandas.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Pastoralis dignitatis fastigium, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem Divinae sapientiae, atque bonitatis abundantiam evehti, in id praecipue peculiari studio, summaque animi contentione incumbimus, ut prospere, felicique Christiani in sortem Domini assumptorum, & Divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum statui, regimini, & progressui, quantum Nobis ex Alto conceditur, providere jugiter satagamus.

Exordium
à vigilan-
tia provi-
dendi sta-
tui prope-
ro Religio-
forum.

§. 1. Ac proinde novas ejusmodi Religiosorum Virorum Congregationes pro data Nobis coelitus potestate interdum instituimus, sicut personarum, locorum, rerum, & temporum qualitatibus maturae considerationis trutinā perpenis, ad Omnipotentis Dei gloriam, ad Religionis incrementum, Spiritualeque Christiani aedificationem, & Animarum salutem in Domino expedire arbitramur.

Ad hunc
effectum
quando-
que insti-
tuantur
Congre-
gationes.

§. 2. Regularem itaque disciplinam in Provinciis Lombardiae, & Romanae Ordinis Fratrum Praedicatorum custodire, ac promovere, eamque quò ad perfectae maturitatis frugem, aspirante superni favoris auxilio, provecta, Ecclesiam Domini uberioribus in dies bonorum operum fructibus laetificet, Apostolicae benignitatis favoribus excolere, ac felici infrascriptorum Conventuum earumdem Provinciarum, Fratrumque in eis degentium statui, & gubernio, ac incremento salubriter consulere cupientes, necnon eorumdem Fratrum singulares personas à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum super Disciplina Regulari specialiter à Nobis deputatorum consilio, ac Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostri, deque Apostolicae potestatis plenitudine Conventus Sanctae Sabinae de Urbe, Sancti Dominici Ravennaten., Sancti Dominici Ferrariensis, Sancti Dominici Civitatis Sancti Severini, Sanctae Crucis, & Omnium Sanctorum Oppidi Boschi Dertonen., & Sanctae Catharinae Oppidi, seu Loci Tridini Casalen. respectivè Diocesum primordiae: Nec non Sancti Marci Florentin., Sancti Dominici Fesulan., & ejusdem Sancti Dominici Civitatis Sancti Miniatis, ac Hospitium Liburni Pisan. Diocesis, secundo dictae respectivè Provinciarum, eorumque Fratres, & personas quascunque cum omnibus, & singulis illorum membris, Juribus, & pertinentiis universis ab

Idem in
Provinciis
Lombardiae, & Ro-
manae in-
stituendas
Congre-
gationes.

Conven-
tus Con-
gregatio-
nis Lom-
bardiae.

Conven-
tus Con-
gregatio-
nis Roma-
nae.

omni,